

Claudiorum, et | Kaninia Respecta<sup>4</sup> bonae | memoriae feminae, | nura eius et mater | Claudiorum, prov. | CLXXXVIII<sup>5</sup>.

*Auziae (Aumale) Mauretaniae (VIII 9065 semel descripta).* — 1) *Decennius; cf. supra N. 4491.* — 2) *Idem nomen in alio lapide eiusdem hominis Aiedius legit Purgold (VIII S. 20756). Idem homo cum iis qui sequuntur memoratur in aliis titulis Auziensibus, unde apparet eum multa opera publica Auziae fecisse (supra N. 4491. VIII 9066. 9067 = 20756; cf. VIII S. 20757).* — 3) *Haec ad circum spectant, cf. Friedländer apud Marquardt Staatsverw. III<sup>2</sup> p. 516 not. 1.* — 4) *Videtur requiri casus secundus (aut postea scribendum femina). Quidlibet statueris, oratio hiat.* — 5) *A. p. C. 227.*

**5662** . . . . | [s]u[mm]ae adfectionis erga rem publicam, sicut ludum | gl[a]diatorium omni impensa sua, ita spoliarium | a fundamentis exstructum ornatumque pro nitore | civitatis rei publicae dono dedit.

*Romae rep. in Esquilis (VI 5197 vidit Huelsen). Titulum quamvis Romae eruderatum, origine puto Praenestinum, collato titulo Praenestino Cn. Voessii Apri, quem vide infra inter municipales (= XIV 5044).*

**5663** . . . . .<sup>1</sup> | [P.] Cornelius P. f. Gramme . . . . | . . lipax et P. Cornelius P. f. P. n. Long . . . , | pater et f., pro honore Ivira[tus] | s]phaeristerium fecerunt.

*Centuripis rep., est Panormi (X 7004 vidit Mommsen).* — 1) *Vocabulum erasum, fortasse imperatoris nomen (. . C \ . . VI . . agnovit Momms.).*

*Sphaeristeria sunt etiam in t. Nemausensi XII 3504. Sphaeristeria plerumque videntur coniuncta fuisse cum balneis (Plin. ep. 2, 17, 12. 5, 6, 28; Suet. Vesp. 20; Dig. 47, 1, 16).*

**5664** P. Lucanius L. f. Ter. Quadratus Ivir, augur, q. II, balneum solo, peq. sua dedit. Cassia P. f. uxor et Lucania P. f. Procula. *Venafri (X 4884 semel descripta saec. XV). Versuum divisio incerta.*

**5665** Q. Pettius Q. f. Tro. Curva, | C. Maecius C. f. Ouf. pr. | duovir.<sup>1</sup>, balneum ex | d. d. de peq. pob. fac. cur. | Q. Pettius Q. f. probavit. *Saponarae, ubi fuit Grumentum (I 1263. X 221 Ritschl tab. LXXVIII a).* — 1) *Praetores duoviri. — Ad balnea Grumentina pertinet etiam titulus supra N. 586.*

**5666** L. Agusius Cn. f. L. n. Mussus, | C. Arrenus T. f. Rufus | octoviri iterum, | balneas refic. d. c. s. c.<sup>1</sup>

*Prope Interamnam Praetuttiorum (Teramo) rep. (IX 5067 vidit Dressel).* — 1) *Reficiendas de conscriptorum sententia curaverunt.*

**5667** Q. Vibuleius L. f., | L. Stadius Sal. f. | duovir., | balneas reficiend., | aquam per publicum | ducendam d. d. s. | coeravere. *Praeneste (I 444. XIV 5045 vidi; imaginem Ritschl tab. LIII b).*

**5668/9** balineum reffectum | dec. decr. pecun. public. | partis Peltuinatum<sup>1</sup>.

*Olim in vico Castelnovo prope rudera Peltuini, iam Aquilae (IX 5450 vidit Dressel).* — 1) *Sic videtur fuisse etiam in alia inscriptione eiusdem loci IX 5420.*